



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

14. An liberti Patronos, & servi Dominos accusare possint?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

officium in istis paternis delationibus erit
 mitius, quam rigor juris postulet crimen
 punire, ne pater ad supplicium videatur
 filium detulisse & ita carnificis officio
 functus *L. milites agrum. 13. §. fin de milit.*
 alioquin capite puniendus. *L. non omnes §.*
desertor eod. & morte mulctandus. Devt.
capite 2.

14. Neq; etiam liberti patronos accu-
 sare possunt *cit. L. qui accus. in fin.* quamvis
 eis de eorum nimia sævitia conqueri apud
 Præfectum Urbis liceat, ut & servis ad-
 versus Dominos *L. 1. §. servus & §. quod*
autem dictum. de offic. Præf. Urbis, Et quam-
 vis crimen læsæ majestatis à servis & liber-
 tis obiici possit Dominis & Patronis *L.*
qui cum natu major. §. si libertus de bon. liber.
 non tamen facilè nec nisi cum aliis con-
 currentibus probationibus *Tholos lib. 32.*
cap. 13. n. 1. & 2. Ratio quia miserrimum
 est, pro cane leonem & viperam domi nu-
 trire & intra penates, ubi asylum ab inju-
 riis inimicorum tutissimum est, à propri-
 is servis, quos fidos putamus, observari &
 invadi *L. 1. ad S. C. Syllan.*

15. Rejiciuntur & aliæ personæ aliis de

cau-